

Piissimo, quem seruavit, ut seruaret canoso pecori, qui pietati sancta seruire contempsit. Ecce quot mala obueniunt adolescenti, ubi a patre rececit, propriis cupiditatibus ductus, noluit obedire patri, & elegit seruire porcis: villam, & mapalia habitabat, qui in nobili palatio dedignabatur, qui regales delicias fastidiebat, modo pre fame postulat siliquas porcorum: qui ciuiliu, eruditioruque fratrum fugiebat consortia, modo exul obrutescit inter vilissimorum pecorum greges. Et qui degebat inter odoriferas emissiones paradisi malorum, puniorum cum pomorum fructibus, Cant. 4. num. 13. modo tetrum, ac foetidum porcorum vaporem suscinet. Ut seruaret canoso pecori, qui pietati sancta seruire contempsit.

In Deo ob-
quo bona, in
mundi serui-
tute mala.

Cant. 4.

48.
Chrylost.

Fame, & labore
emittit homo
extremam
vilitatem.

49.

Luxuria
eneruat vi-
res, ac fran-
git animum.
Cyrillus.
Luc. 14.

50.
Exod. 1.

Luxuriosus
iners, &
ignarus.
Abulenf.

Dyranus.

51.

Secundò. D. Chryostomus orat. 4. de Prodigio: Et misit enim, ait, in villam suam ciuis ille, ut pasceret porcos: ciues autem regionis illius sunt demones, in qua profugus degebat: sic enim honore afficiunt demones eos, qui illos honore prosequuntur, sic amant eos, à quibus amantur, talia dona largiuntur illis, qui sibi obediunt. Ut seruiat mundo, & diabolo expendit adolefcens totam suam substantiam, fit exul à patria, largos labores itineris suscipit, quam tamen mercedem, seu honorem inde asportat: Ut porcis seruiat. Talem honorem impendunt demones suis amatoribus; tale præmium, multo itineris labore sibi homines comparant; & ut porcos pascant fame, itinere, ac omnium rerum penuria sibi emunt, & comparant. Sic enim honore afficiunt demones eos, qui illos honore prosequuntur.

Tertiò & maxime ad quæstionem. Prodigus luxuriæ, ac vitii deditus fuerat, à quibus eius vires sunt debilitatæ, animus eneruatus, & ipse ignauissimus effectus est. Ut ipse nil generosum intenderet, sed solum ad cœnum porcorum inclinaretur, sic ipse ex luxuria, ac vitii tam iners factus est. D. Cyrillus: Hi, ait, imbelles sunt, ac minus possunt maxime militia spirituali, in qua is, qui uxorem duxit, tanquam infirmior, & ignauior ait, non possum venire, Luc. 14. num. 20.

Excitat Pharaos suos, ut insurgant contra Hebræos, dicens: Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est, venite sapienter opprimamus eum, Exod. 1. num. 9. Bene agnoscebat rex, quod multo maior erat numerus Ægyptiorum, quam Hebræorum, cum Ægyptiacum regnum esset amplissimum, tamen timet Hebræos, quod si insurgent in bellum, se, ac suos superabunt, & rationem subdit, quia fortior nobis est; quod ita interpretatur Abulenf. quod si fiat comparatio inter vnum virum Ægyptiacum, & Hebræum; secundus multo fortior primo; ex quo tamen motiuo sibi persuadet rex, quod Hebræus robustior Ægyptio sit? Cum eodem ferè pabulo, ac esca vterque populus vteretur; imò Ægyptius meliores, & delicatioribus cibis vesceretur. Vnde ergo Hebræus fortior creditur? Ægyptius luxuriæ, ac impudicitii deditus erat, à quibus Hebræus sobriè viuens se abstinebat, & inde Ægyptius iners, ac ignauus reputatur, ut facile à quolibet Hebræo esset subiugandus, ac superandus. Tyranus: Ægyptij luxuriosi erant, ait, inordinate viuentes, & ex hoc debiliores fiebant in corporibus, & minus apti ad productionem corporis; filij autem Israel contrario modo viuentes erant fortiores in corporibus, & multiplicabantur in prole, & dimitis.

Chodorlahomor rex Elamitarum cum alijs

quatuor regibus inito prælio debellauit reges Sodomæ, & Gomorrhæ, eorumque copiosum exercitum, & illorum omnem substantiam simul secum tulit; quod cum nuntiatum fuisset Abrahamo, numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem, & octo. Et diuisis sociis irruit super eos nocte, percussit eos, & persecutus est eos usque Hoba, Genes. 14. num. 15. Rex ille Elamitarum tantum habuit militum robur, ut magnorum quatuor regum Sodomorum acies potuerit deuastare, ac debellare, ac ex magna parte occidere, quomodo Abraham ei exit in certamen cum tam paucis hominibus, eumque cum suis in fugam conuertit, ac tandem percussit, omnemque prædam ex eorum manibus liberauit; Reges Sodomorum, & Gomorrhæ cum suis militibus erant valde impuri, & idè multum inepti, ac ignaui ad bellum, vnde statim terga vertentes ceciderunt; at verò vernaculi Abrahami erant puri, & casti. Rabbanus ibi: Expeditos dixit inuenes ad bellum promptos, qui non fuerant uxorati. Et idè tam fortes, ac generosi in bello, ut magnas Elamitarum copias deuastarent, casta enim paucorum castra de multis aduersarijs valent triumphare, ac victoriam reportare.

Genes. 14.

Luxuriosus
imbellis, castus
fortis.

Rabban.

QVÆSTIO VII.

Quare Prodigus in delictijs enutritus, non alium cibum cupiebat, nisi porcorum siliquas?

DE his siliquis multa congerunt Recentiores circa eorum significatum. Communiter tamen iuxta Plinium lib. 18. cap. 12. reputantur folliculi leguminum, ut fabæ, &c. De illis ait D. Ambrosius in præfati: Qui aptior huiusmodi hominibus, scilicet luxuriosis, cibis, quam is, qui siliqua modo inuis inanis, foris mollis est, quo corpus non reficitur, sed impletur, ut sit magis oneris, quam vsus. Luxuriosus pabulum non reficit, sed potius grauat eos. Alij, ut Plinius lib. 15. cap. 24. Dioscor. lib. 1. cap. 30. Columella lib. 5. cap. 10. Iansenius, Barradas, & alij dicunt esse fructum arboris falcatum digitali longitudine, latitudine pollicari, qui Latine dicitur, ceratia, vulgò, al ferrobias. Quarum magna copia est in regno Valentie. De illis, ait Titus Bostrenf. Siliquarum gustus suauis est, & tamen admodum habet nonnullam asperitatem. Alij tenent esse fructum arboris quercus ad vsu porcorum.

52.

Plin.
Ambros.

Plin.
Dioscor.
Columel.
Iansen.
Barrad.
Bostrenf.

53.

Theophyl.
Bostrenf.
Euthym.

Ad quæstionem respondet primò Theophylactus: Assimilatur, inquit, siliquis peccatum, dulcedinem habens, & asperitatem, delictat enim ad tempus, cruciat perpetuo, &c. Similiter Bostrenf. Euthymius, & alij, qui per siliquas peccatum, seu appetitum interpretantur, quod licet secum videatur importare aliquam breuem dulcedinem, infert tamen asperitatem, ac cruciatum æternos, & tamen miser peccator in suis malis demersus nil aliud cogitat, ac desiderat, nisi huiusmodi asperitates.

Secundò. D. August. in quæstionibus. D. Ambrosius, D. Hieronymus, Beda, Haymon, D. Bonauent. per siliquas interpretantur inanes, ac seculares sententias infidelium, ac Hæreticorum. Siliqua, ait D. Augustinus, seculares sunt doctrina, sterili vanitate resonantes, de quibus laudes idololorum fabu

54.
August.
Ambros.
Hieron.
Beda.
Haymon.
Bonauent.

Beda.

Mundani
quarunt fa-
bulas, ac do-
ctrinam hæ-
reticorum.

55.
Chrysol.

Nunquam
diabolus in
vitijs dat sa-
tietatem.

Euthym.
Theophyl.

56.
Chrysolog.

Prodigus mi-
ser ex suo de-
siderio.

Vitam porci-
nam agebat,
& non satur-
ratur, ut por-
cus.

57.
Paschas.
Thren. 2.

Elongatus
ab Ecclesia
terrena cogi-
tat in sinu
eius calestin.

fabularumq; ad Deos gentium pertinentium, vario sermone, atque carminibus, percrepans, quibus demonia delectantur. Beda: Sunt doctrina, de falsis dijs siliqua, id est cibus porcorum, videlicet Ethnicorum, & demonum. Siliquæ sunt figmenta Poëtarum, pompæ verborum Rhetoricorum, falsaq; hæreticorum dogmata; mundani spreta vera, ac sana doctrina illa appetunt, illisque solum tanquam suauissimo pabulo delectantur.

Tertiò. D. Petrus Chrysologus serm. 2. Diabolus, ait, non sinit eos, scilicet peccatores, ex ipso porcorum cibo, pastuq; saturari, ut esurientes vitia, plus delinquant: luxuriosus, satietas capere non potest, voluptas nescit expleri. Famelicus adolefcens atdenter esuriebat fuillas escas, & tamen illi non dabantur. Hæc est malignorum spirituum astutia, ut peccatores in suis scelerebus nunquam satientur, ne saturitas in fastidium vertatur, ut esurientes vitia plus delinquant. Ut inde inexpecta libidine in dies audioties ad vitia rapiantur. Sic explicant Euthymius, ac Theophylactus illud: Nemo illi dabat, satietatem scilicet in suis vitijs, ac turpitudinibus.

Quartò. Idem Chrysologus serm. 1. Quam crudele, ait, ministerium, quia neque conuiuit porcis, qui viuunt porcis. Miser, qui porcorum desicit, & esurit in saginam, miser, qui squalentis cibi cupit, nec imperat qualitatem. Ex multis prodigijs miseria deprehenditur; & primo ex suo desiderio, in tam infima forte erat constitutus, ut nihil aliud desideraret, nec ei venire in mentem nisi squalidum alimentum, & hoc etiam defraudabatur, & affecit non valebat, quid miserabilius, quam quod cum porcina vitam vitii ac luxuria ageret, porcini victus expertus erat. Quam crudele ministerium, quia neque conuiuit porcis, qui viuunt porcis.

Quintò. D. Paschasius lib. 2. in Thren. confert hunc locum cum illo Threnorum 2. num. 12. vbi pueri Hierosolymitani in schola Dei enutriti. Matribus suis dixerunt, ubi est triticum, & vinum, cui deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhaurerent animas suas in sinu matrum. Prodigus adolefcens præ fame animam exhalans cupiebat saturari de siliquis. Pueri verò Hierosolymitani, non siliquas, sed panem, & vinum suspirant. Cur adolefcens porcorum escas, pueri verò illi panem, & vinum requirunt. Citatus D. Paschasius: Non aiunt, ubi est hordeum, aut siliqua, sed ubi est triticum, & vinum? Norunt igitur, & si degeneres suo vitio, quales eos pater genuerit: Prodigus autem, ille filius concupierat saturari de siliquis, quas porci manducabant. Adolefcens ille tanquam Gentilis factus recesserat longè à domo patris profectus in regionem longinquam, vbi dissipata substantia sua fame peribat, at verò Hierosolymitani exhalabant animas in sinu matrum suarum. Qui autem ut Gentilis, & hæreticus se à domo Dei elonginuat, in vltimis constitutus nil cogitat ac requirit, nisi mundana, ac brutorum alimenta. At verò qui est in sinu Ecclesiæ, ut fidelis, licet aliquando peccato lapsus fuisset, tamen cum in sinu Ecclesiæ teneatur, & foneatur, cum in extremis agit, panem & vinum filiorum contemdit, quo anima in æternam vitam reficitur; pro quo nota, quod postquam mentem dirigit ad domum patris, illamque concupiscit, iam non siliquas, sed panem desiderat. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus.

Sateptanæ viduæ filius moritur, quem excitaturus accedit parens Elias. Et ait ad matrem, Sylicira in Euang. Tom. IV.

58.
3. Reg. 17.

Elias. Da mihi filium tuum. Tulitq; eum de sinu eius, & portauit in comaculum, 3. Regum 17. num. 19. maxime ponderandus est locus, in quo habebatur filius reuocandus in vitam, & ex quo loco eum accipit Elias. Tulit eum de sinu eius. Non iacebat in lectulo, vel in strato, ut communis est locus aliorum mortuorum, sed in sinu matris erat, & inde ipsum extrahit Propheta, ut ei vitam communicet; felix, qui dum moritur, in sinu matris, in sinu Ecclesiæ est, quia frequenter adest vnus Dei minister, qui ei manum porrigat, ipsumque foueat, ut valeat in salutem, ac vitam euocare. Perbellè Gillibertus Abbas serm. 16. in Cantic. Mollis, ait, & femineo matris est sinu fouendus, ut non exasperatus absorbeatur. Non expedit ei extra materui sinu ambitum reperiri, ne forte non tollat illum verus Elias in cubiculum suum. Quamplurimi non sunt sublati in saluatoris cubiculum, eo quod extra sinum matris ceciderunt. At verò qui in sinu matris est licet cadat, & vulneretur, tamen blanda, ac molli pietate matris fouetur, ut valeat in vitam restaurari.

Qui in sinu
Ecclesiæ de-
linquit, sape
erigitur.

Gillibert.

59.
Famis tem-
pore vrendu
humili cibo.

60.

Genes. 43.

Tempore fami
non laudè
viuendum.

Philo.

Sextò. Ait textus: Quod facta est fames valida in regione illa. Quamuis in multis delictijs enutritus fuisset prodigus, tamen cum tunc grauissima esset exorta ciborum penuria, ipse tempori, ac necessitati se accommodans non delicatos cibos, sed porcorum siliquas appetebat, illisque tantum contentus quiescebat.

Cum super fratres suos essent commota viscera Ioseph, parat ille fratribus suis conuiuium. Lora facie egressus conuiniit se, & ait, ponite panes; Genes. 43. n. 31. Totius Ægypti gubernator conuiuium fratribus suis exhibet, quis non cogitet, quod sit valde abundans delicatissimis ferulis, in quo omnia obsoniorum genera reperiantur, ut tanto principe, ac protege decens videbatur. Ipse tamen panes tantum proferri mandat. Ponite panes, Non me latet quod panis nomine alij cibi intelligantur, & dum imperat panes parari, simul alia obsonia requirit, tamen non quæ ad lautitiam, & abundantiam, & necessitatem; alienum à se putauit prudens princeps, ut inter famefcientes populos, & penè fame consumptos, ipse delicijs, ac larga obsoniorum copia parceretur, ac proinde cum alij fame perirent, ipse vtrum conuiuium præparari disponit. Philo lib. de Ioseph: Interim, ait, cibi non valde lauti apponuntur, quod Ioseph non liceret, vti delicijs in publica penuria, & hoc ipsum prudentes homines in laudem vertebant, vitari luxum intempestiuum. Vide tom. 3. cap. 33. quæst. 17. num. 110.

QVÆSTIO VIII.

Quare Prodigus non rapiebat siliquas, cum eas concupisceret, & nemo illi eas daret?

RESPONDEO. Primò, quod siliquæ sub alterius erant potestate, qui certo diei tempore porcis præbebat cibum, vnde non poterat Prodigus illas surripere, ut impleret ventrem; deinde etiam non audebat absconditè aliquid assumere, timebat enim, quod si Dominus resciret porcos consueto suo cibo priuari, famulum à domo expelleret.

61.

IT 3 Secun

62. Bonavent. Secundo. D. Bonavent. Frequenter peccator, ait, quum huiusmodi, id est, mundi, quare delicias, in-

Iob 30. Peccator, dicitur quare delicias, ens perdit, & amaritudinem inuenit.

Gregor. Tercio. Res valde mira! Prodigus glandes in cibum praebebat, & hunc cibum valde tenuem non inde sibi parat?

63. Prodigus potius uult famam perire, quam furari. Hieron. Postquam primus Parens peccauit, cum audisset vocem Domini deambulantis in Paradiso.

64. Genes. 3. Adam ubi es? Abscondit se Adam a facie Domini? Genes. 3. num. 8. Homo tam sapiens ut Adamus, qui optime sciebat, quod omnia sunt nuda, & aperta oculis eius, tamen abscondit se, & quamuis ipse dixisset, Abscondi me eo quod nudus essem.

65. Genes. 31. Cum recessisset Iacob a domo Laban ipso inficio, insecutus est eum, illumque inuenit in monte Galaad, ipsumque obiurgauit, quod ignorante fugeret, filiasque suas clam abigeret, ac tandem cur furatus es deos meos.

furanti idola, cum ipsa essent imagines quadam luteae, vel lignae? Ut fieri poterat ut Rachel, vel Lia, vel aliquis ex filiis eius illa furto abstulissent, quamuis ille penitus hoc nesciret; cur ergo pro re parui ponderis tam duram poenam infligitur? Necetur coram fratribus nostris.

Luc. 15. n. 17. In se autem reuersus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor.

VERSIONES.

Græcus. Ad animam autem suam reuersus.

Syriacus. Quomodo ad se rediisset, ait: quot sunt mercenarij.

Arabicus. In se autem reuersus, in semet ipso cogitauit, quanti mercenarij sunt in domo patris mei, quibus panis abundat.

Pagnin. Theop. Quam multi mercenarij sunt in domo.

EXPOSITIO IV.

66. Syriac. In se autem reuersus, Syriacus: ad animam suam, hoc est ad mentem, & cor suum rediens, ac recte sapere incipiens, qui peccati ebrietate a se erat alienatus.

Euthym. Sui compos effectus, hoc est uelut expurgatus ab ebrietate, grauiq; somno. Theophylactus: Ad se ipsum rediit. Quando male agebat, extra se ipsum erat; nam qui non bene gubernatur ratione, extra se ipsum est, & non manet in sua substantia. Et D. Chrysol. serm. 1. In se rediit, ut rediret ad Patrem, qui a se ante recesserat, cum recessit a Patre.

Lyppom.

Furto priuatur homo suo honore.

Chrysol.

cum patre adhuc degebat, animo pertractans: quam teiter, & miserabilis tandem, postquam Deo deserto, demonibus cepit esse obnoxius euaserit: iterumq; expendens, ista recogitatio respiciens est.

67. Chrysol. Quanti mercenarij. Mercenarius est operarius pro mercede diurna, de quo q. sequenti. Ego autem. Chrysolom. in Catena D. Thom. Ego non alienus, filius boni patris; Ego liber, & generosus factus sum miser mercenarij; a summa celsitudine prima nobilitatis ad infimam humilitatem delapsus sum. Deinde addit Prodigus. Hic fame pereor.

QUESTIO IX.

Quare mercenarij dicuntur panibus abundare, & qui sunt hi mercenarij?

68. Nazianz. Interlin. Mercenarius est, qui operatur pro diurna mercede. Mysticus uero sensus inquirendus est. D. Nazianz. orat. in S. Baptisma. Interlineal. ac alij; cum per seniores filium Iudæos interpretentur; per iuniorem uero gentiles, sic rem explicant. Iudæi tanquam mercenarij spe bonorum temporalium Deo seruebant, & illis abundabant. Ego autem, qui sum populus gentilis omni ueritate destitutor.

69. Theophyl. Ex quo bene Theophylactus ait; Tres sunt ordines eorum, qui saluantur. Quidam ut serui faciunt bonum, timentes iudicium, quod instigat Dauid dicens. Psalm. 118. num. 12. Confinge timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui.

70. Bernard. Secunda quaestio inquit, quomodo dicatur, quod mercenarij panibus abundant. Cum caelestis panis nunquam uideatur abundare in mercenariis animis, cum magis, ac magis illum frequenter desiderant, & appetant. Erat prodigus iam in se reuersus penitens, & compunctus, ac proinde aliorum virtutem, etiam minimam, magnam, & excellentiorem credebat, aliorumque opera, ex quacumque iustitiae causa fierent, perfectissima reputabat, indeque eos omni caelesti dono abundare apud se statuebat.

Cum Abrahamus federet ad ostium tabernaculi sui. Apparuerunt ei tres uiri stantes prope eum, quos cum uidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adorauit in terram. Genes. 18. num. 2. Abrahamus genere illusterrimus, domo, ac amplitudine potentissimus, ac ueneranda ca nitiei grauitate praeditus; Illi autem solum uidebantur tres uiri aspectu iuuenes. Nam quando eos hospitio recepit, tres homines communes putabat, & esse Angelos ignorabat, ut colligitur ex Diuo Paulo 13. ad Hebræos numero. 2. Lauertunt quidam Angelis hospitio receptis. Et docent D. Chrysolom. D. Ambros. Pereira, Cornelius ad locum Genes. Ex quo surgit difficultas, quomodo Patriarcha tam magnus, prosternens se in terra in signum magnae reuerentiae tres illos iuuenes hospitio recepit? Tam insigni uirtute erat praeditus Abrahamus, ut quemlibet inueniret se praestantiorum, ac excellentiorum arbitrareretur: indeque a se tanquam ab inferiori, omni reuerentia prosequendam fore existimabat.

72. Confessio. Cum Angeli extra Sodomam deducerent Lot, ut ab incendio liberaretur, dicunt ei quod in montem ascendat, ut ibi saluetur; quibus ait Lot. Quia inueni seruum tuum gratiam coram te, ut saluares animam meam, nec possum in monte saluari. Genes. 19. num. 19. Quae difficultas obicitur Lot ut in monte saluetur, cum hoc ei praeciperent Angeli, quorum uirtutem, ac potentiam ipse bene agnoscebat; unde ergo timor, ut in montem ascendat? Prope illum montem inhabitabat Abraham, cuius uirtutem se esse superiorem certo credebat Lot, ac proinde timet ibi commorari, ne in conspectu Abraham ipse iniustus, & imperfectus appareat, tanquam poena dignus, & ideo in alium locum longe ab Abraham uult diuertere. Lytanus. Secundum expositionem Hebraeorum, ait, in monte, id est prope Abraham, qui tunc manebat in monte: timebat enim Lot si ueniret in uisum Abraham, qui erat sanctus, eius imperfectio magis appareret, & a Deo puniretur. Idem habet Lyppoman.

QUESTIO X.

Quare Prodigus uenit in mentem paternam domus, a qua recesserat in regionem longinquam?

73. Delitiosus. Prodigus uenit in mentem paternam domus, a qua recesserat in regionem longinquam? Quare Prodigus uenit in mentem paternam domus, a qua recesserat in regionem longinquam? Quare Prodigus uenit in mentem paternam domus, a qua recesserat in regionem longinquam? Quare Prodigus uenit in mentem paternam domus, a qua recesserat in regionem longinquam?